



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gladivs Israel**

**Reindel, Philipp**

**Ingolstadii, 1644**

Reverendissimo Et Amplissimo Domino Mavro Ord. S. Benedicti, Montis  
Sancti Andecensis Cœnobij inclyti Vigilantissimo Abbati D.  
obseruandissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46272)

REVERENDISSIMO ET AM-  
PLISSIMO DOMINO

MAURO

ORD. S. BENEDICTI,  
MONTIS SANCTI ANDE-  
censis Cœnobij inclyti Vigilan-  
tissimo Abbati D. ob-  
servandissimo.



*Annus iam non vnus  
effluxit, Amplissi-  
me Præsul, cum ad  
D. Mauritij Eccle-  
siasten, licet indignum, agere  
Ingolstadij iussus, unâ etiam  
Præses Sodalitatis S. Mariæ de  
Victoriâ constitutus sum. Hanc  
in rem Gladium Israel ante tri-  
ennium vernaculâ nostrâ lin-  
guâ conscripsi, quo sodales mei  
septem lethifera sternere vitia*

A 2 pos-



possent. Hoc ex tempore plures  
monuere me, ut Telum hoc me-  
um Romano etiam calamo dona-  
rem, quibus meritò me obsequen-  
tem dare debebam, hocq; auctio-  
ri opusculo prestare. At verò  
nondum partus hic meus ulti-  
mam receperat manum, cum ad  
te subito spectare cœpit, à cuius  
Religiosa & eruditâ dexterâ Tol-  
leretur. Trahebat me ad hoc ob-  
sequij genus, non solum in me  
infirmum, sed & minimam So-  
cietatem nostram eximius favor-  
tuus, quo perpetim Ordinem no-  
strum amplecti soles, accedebat  
etiam, quòd à puero interpolatio-  
ris litterature palestram suda-  
bamus Monachij. Urgebat por-  
rò Virtus tua, quâ pridem mundi

Hy.



Hydrum calcans, ad altiora Chri-  
stianæ Perfectionis fastigia S.  
Benedicti miles inclyt<sup>9</sup> euolâsti.  
Parco verbis, quæ tua me mode-  
stia loqui nō sinit. Hoc unico li-  
bellus hic exultat meus eo quòd  
tam nobilem vaginã nactus sit,  
sub cuius tutela in lucem prodire  
audeat: inde ad te properat, cuius  
Tiara Pedòq, subiectus ad præ-  
lum volare possit. Ingolstadij:  
Quarto Nonas Ianuarij 1644.

R.<sup>m<sup>x</sup></sup> & Ampl.<sup>x</sup> Domi-  
nationis Tuæ

*Humilis in Christo Seru<sup>9</sup>.*

Philippus Reindelius  
Soc. IESV.